Stanislaus Lanczkorunsky de Brzeszye Pincerna Sandomirien Et Capitaneus Camenecen
Podolie generalis ad Significamus Tenore presentium Quibus expedit Universis et singulis tam presentibus quam
futuris harum noticiam habituris Quomodo veniens ad nostram presentiam Generosa Margaretha heres de Pod
bakowcze Et de Sorte sua ville Lysskowcze Consors vero Generosi Jacobi Strus Capitanei Chmyelnycien ad Judicium
Castren Camenecen A iure districtus Trembowlien Et aliquorum iure illius districtus recedendo Non compulsa nec coacta
nec aliquo Errore deceptus seducta Sana mente Et corpore Existens suorumque saluborum Amicorum suorum Consilio huius maritum
suum penes se prefatum Jacobum Strus Capitaneum Chmyelnycien Cum consensu Eiusdem sui mariti sui prefati habita et per
expressum Coram Eodem iure recognovit Eadem Generosa Andree Szczepek de Grodnycza vendiderunt sortem suam in villa
Lysskowcze In qua plurimi Kmethones sedebant videlicet Stephan Makon Et Iwan Szczypka Et totam villam
dictam Awulowcze plurimi desertam in districtu Trembowlien sitas pro Centum Et quinquaginta florenis pecunie communis monete
Et numeri polonicalis Consuete in Regno Russie Titulo perpetue vendicionis pro eodem Andrea Szczepek perpetue et inevocabiliter
tenendum habendum prefatam sortem ville Lysskowcze Et totam villam Awulowcze prefatam utifruendum Et pacifice possidendum Et quoque
legittimis successores Cum omni iure dominio Et proprietate nihil iuris Et dominii Et proprietatis sibi Et suis legittimis successoribus
ibidem penitus Reservando Et generaliter Cum omnibus Et singulis pertinenciis Coherenciis quomodolibet ex antiquo vel novo ad prefatam sortem
in villa Lysskowcze et totam villam Awulowcze prefatam quibuscumque nominibus vocentur sicut in suis limitibus circumferentialiter
sunt distincte et limitate Et iam ex nunc prefata Margaretha vna cum marito prefato Andree Szczepek prefato dat dedit et
tradidit Coram Eodem iure reale et effectuale in Sortem Lysskowcze Et totam villam Awulowcze prefatas Intromissionem per ministerialem Terrestrem
Trembowlien dictum Iwanko de Trembowla ad intromittendum in prefatas villas ex iure additum Et debent prenominati coniuges
permissionem prefatum Andream tueri et intercedere Et eliberare et ubilibet iuxta formam iuris in dominio reddere ab omnibus impedi
mentis Et inquietacionibus A quibus impetitionibus ab omnibus personis status et sexus utriusque sicut ad aliqua persona plurimi pre
stitis [illegible] Sub vadio Centum quinquaginta florenorum pecunie communis monete Et numeri polonicalis in Regno Russie Et si prefatum
Andream prefata Margaretha vna cum marito prefato suo non tuerent non intercederent Et eliberarent ut promissum est
Et si se pro prefato vadio citare permiserint vel Eorum successores ad quodcumque ius sive terrestre sive Castrense Camenecen in
[illegible] terminos peremptorios [illegible] et inde Et pro prefato vadio subiacere tenebuntur primum terminum [illegible] aut secundum
plures intimationibus non differendum Pro maiori sibi non carpens Et ad securitatem sibi non carpens non Eundem prefatum
prefatum Andream pro premissis omnibus iuris regalibus Expedicionibus Bellicis [illegible] terrestri Colloquiis Conuencionibus genera
libus Consuetudinibus [illegible] quibuscumque Ex antiquis vel noviter institutis et imposterum laudandis nec etc aliquo defectu
partis [illegible] nec etc defectu literarum [illegible] nec quibuscumque modis exquisitis sub amissione sue cause Et quod
quod sibi in subsidium [illegible] corpore causa sua perdi debebit absque incarcerando corporali pena tunc [illegible]
sibi Et inducto totalis [illegible] quociens pro premissis omnibus se citare permiserint totiens quociens prefatum vadium succum
bent ad solvendum prefato Andree et penas prefatas Et obligant se Et suos successores legittimos prefata inscriptione perpe
tue et inevocabiliter grate rate firmiter et inviolabiliter tenere et observare hic in actis Castren Camenecen Et hoc additum est
quod prefatus Andreas Szczepek potens erit omnino Ex actis Castren Camenecen prefatam inscriptionem Sigillo [illegible]
Eundem Capitanei Castri Camenecen vel aliis pluribus [illegible] In actis terrestribus Trembowlien vel Halicien inscribere
seu activare et inscribere Ad que omnia premissa prefata Margaretha vna cum marito prefato suo stantes [illegible]
Eodem iure [illegible] consenserunt Et obligaverunt sub vadio Centum et quinquaginta florenorum firmiter et inviolabiliter servare
Et si contingeret quod acta terrestria Trembowlien vel Halicien non ponerentur ad annum propter incursiones paganorum Et quod prefa
tam inscriptionem non poterit activare inscribere et inserere In acta prefata Terrestria [illegible] prefato Andree et suis successoribus obesse
non poterit Et postquam [illegible] fuerint Extunc prefatus Andreas et sui successores legittimi potentes erunt prefatam inscriptionem
ad acta terrestria prefata activare inscribere et inserere Et si contingeret prefatum Andream de hac luce decedere Et pueros legittimos suc
cessores de prefata inscriptione ignoraverint Extunc prefata inscriptio habebit firmitatis perpetue et inevocabilis robur Et eis nichil
obesse nihil poterit Super quo memoriale positum est quod Judicium decrevit Datum ex actis feria secunda proxima Ante fes
tum Nativitatis Beatissime Virginis Marie In Camyenyecz in Castro Camenecen Anno domini millesimoquingentesimo [illegible]
Presentibus Generosis petro Rapczynsky dispensatore Ac notario Regie [illegible] Reformatoris Castri Camenecen Johanne
de Kosthurkowo Stanislao Woronsky [illegible] Et aliis quampluribus ad premissa fide dignis testibus In cuius
rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum

9. 1513 Feria 4 ante festum Nativitatis S. Joannis Baptistae in Camenecz Margaretha de Podholendye [illegible] Jacobi [illegible] Andreae Sieciech [illegible]

N 2 / N° 3

A° 1513 F. 2 ante Fm Nativitatis S. Joannis Baptistae In Camienice coram Mis Capitaneo Camene cen. Gsa Margaretha de Podhe rodice Haeres G. Jacobi Stris Consors Gsi Andreae Sieciech sor tem certam villae Zyrkowice et villam integram desertam Lurikowice pro summa 105 florenorum solutorum perpetue vendit.

N 20

Te Dobra mela bycz w Sonewicze [illegible] wolskim